



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 84. Papa Ferrariæ a Græcorum Imperatore salutatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1438.

§. LXXXIII.

Imperator Venetiis Ferrariam delatus.

*Act. Conc.
Flor. tom. 13.
Conc. p. 10.
Et p. 903.*

Tandem Imperator maximis honorum signis cumulatus, die vigesima octava Februarii Venetiis discessit, ubi tamen Patriarcha ob triremium defectum adhuc hærere cogebatur: Cæsar autem adve-
fo Pado Francolinum usque, urbs est me-
dio lapide Ferraria distans, contendit, ibi-
dem summum Pontificem visurus, qui eo
non ita pridem Bononia advenerat. Igitur
Imperatorem e navi descendente
Marchio Estensis excepit, cunctis Cardi-
nalibus, omnibusque Prælatorum ordini-
bus ante Ferrariensis Urbis mœnia ob-
viam effusis, illumque præcedentibus
Sequebatur denique ipse Imperator, se-
que equo badio, ephippio ac phaleris
splendidissime ornato vectus, die quarta
Martii urbem ingrediebatur, ipsius Mar-
chionis Filiis, ac proximioribus eius
agnatis umbellam pretiosissimam gestantibus.

§. LXXXIV.

Papa Ferrariæ a Græcorum Imperatore salutatus.

Imperator magnifico hoc apparatu, atque comitatu cinctus, ad ipsius Papæ palatium progreditur, ante cuius portam omnes

omnes, qui cum eo erant, protinus ex
 equis defiliunt, solo Cæsare equo suo ad-
 hucdum insidente, ex quo primum ad au-
 læ limen delatus descendit, quod pertran-
 siens obviam factus est Pontifici, qui, ut
 Imperatorem portæ vicinum cognoverat,
 folio suo surgens, lentoque gradu ince-
 dens, eundem in medio cubilis sui exce-
 pit, atque eum tenerrimo affectu ample-
 ctens, data dextera, quam Imperator sum-
 ma reverentia deosculabatur, ad interius
 suum cubile deduxit, & ad sinistram suam
 confedere fecit. Quo facto cuncti Car-
 dinales, aliique Principes obsequiosa sa-
 lutatione Imperatorem venerabantur.
 Denique postquam secreto aliquamdiu
 Pontifici collocutus fuisset, eadem pom-
 pa sonantibus tubis ad Palatium suum
 splendide ornatum recessit, ubi profusa
 largitate, ac magnificentia tanto Impe-
 ratore digna habitus est.

Sæcul. XV.
 A. C. 1438.

§. LXXXV.

Patriarcha Ferrariam veniens.

Triduo post Patriarcha, qui cum qui-
 busdam Metropolitibus, ac Episcopis
 Venetiis substiterat, speciosissimo, atque
 inaurato Marchionis Estensis navigio Fer-
 rariam appulit. In portum delatus, reli-
 quo diei ac noctis tempore ibidem com-
 moratus est, donec de ritu, quo ipse
 a Pa-

Concil. to. 13.
 p. 904.

Y 2

a Pa-